

exhibet *lib. 3. Med. Pract. part. V. Sect. 2. cap. 7.*

℞ *Ungu. dialth. ʒ℥. ol. chamomill. lil. alb. aneth. ā ʒij.*

Gran. Juniper. contus. ʒi. M. F. Unguentum.

CAPUT XXVII.

IN MORBIS CAPITIS EXTERNIS
JUNIPERI EFFICACIAM RE-
VELAT.

I. TINEA.

POSTEAquam affectus partium externa-
rum, qui multis diversisque partibus
sunt communes, consideravimus, restat
ut promissi memores & reliquorum ex-
ternorum membrorum morbos contem-
plemur, usumque Juniperi porrò lau-
dum encomio prosequamur. Ordia-
mur à capite: Hic primum occurrit fo-
edum & molestum illud vitium TINEA
dictum, & est affectio capitis ulcerosa,
foetida, crustosa, squamosa vel ficosa, in-
terdum & contagiosa, achoribus & favis
deterior, ab humore acri, salso & quan-
doque maligno, orta, medicamentis
ægrè cedens.

Tinea.

Præmissis præmittendis medica-
mentis alterantibus & evacuantibus,
derasis capillis eorumque bulbis extra-
ctis ad ablationem & extirpationem fer-
menti

menti alieni & ad deterfionem humorum
Doforum inde promanantium tale or-
dinat Lixivium *Frans. Grembsius p. 204. ar-
bar. integr. & ruinos. hom.*

R Stercor. gallin. in furno exsiccat. part.
2. vel ʒij . ovium part. 1. vel ʒj .

M Ciner. sarment. vit. lign. querc. Junis-
per. stipit. fabar. part. med. vel ʒʒ .

Coqu. cum ∇ extinctionis F. lixivi-
um, in quo coqu. absinth. beton. marrub.
lupin. fab. \dot{a} q. v. addendo parum Ois .

Sic & Nobilissimus D. D. Febr, Ar-
gonauta noster honoratissimus, pag. 148 hier-
picr. Decoctum seu lixivium ex absinth.
summit. juniper. & radic. scrophular. cum
cineribus fagi vel vitis paratum singula-
ri virtute ad tineam prodesse testatur.

Vel

R Fol. nuc. jugland. querc. \dot{a} Mj. cort.
med. querc. ʒʒ .

Bacc. Juniper. Miß. F. Decoctum
pro lotionem capitis.

Post lotionem pars affecta inungi potest
unguento quodam idoneo vel illo, quod
in tineâ adhibuit Platerus referente illo
lib. 2. Obseruar. p. 543.

R Ol. nuc. lign. Juniper. \dot{a} ʒij . Lucer-
nar. ʒij .

Nuc. integr. ustar. ʒvi . Fulig. furn. ʒʒ .
Litharg. ʒʒ . Fugitivi extincti in Lari-
cca ʒvi .

Aa 2 Alum.

Alam. ʒij. Erug. eris ʒj. Sem. Juniper. ʒij.

Acet. fortis. ʒʒ. mell. ʒj.

Agitentur invicem cum Lariceæ s. q. donec fiat instar nutriti. Utatur bis in die.

II. CAPILLORUM PROFLUVIUM ET CANITIES.

Tanta est Creatoris maximi erga genus humanum benignitas, ut nihil in corpore hominis frustra, sed omnia potius insignis utilitatis ergò fecerit, sicque & capillos, qui tamen excrementa nonnullis audiunt, duplicem ob usum & utilitatem secundum *Lodoicum Vassum Tabular. Anatomiar. 3. p. 209.* homini sit e-largitus, ut 1. ad partes operiendas & 2. ad crassiora excrementa consumenda conducant, quibus commodis duplicem adhuc addit usum *Bartholinus lib. 3. Anatom. reform. cap. 1.* nempe ut partium corporis sint ornamentum & præterea temperamenti, animi morum atque morborum occultorum quandoque indicia. His itaque homo si spoliatur, non turpitudine solùm, sed vario insuper afficitur incommodo.

*Capillo-
rum pro-
fluvium.*

Hoc ut præcaveatur, vel facta jam calvities tollatur.

℞ *Lixiv. è cinerib. querc. fact. ʒʒ. Gallar. non perfor. ʒʒ.*

Herb.

Herb. adiantb. pj. Fol. querc. ros. ā pij.
Bacc. juniper. pj. Acat. ladan. ā 3ij.

Ligatis in petiā acat. & ladano coquantur reliqua in lixivio ad tertiæ partis consumptionem, factâ colaturâ lavetur caput & ut spontè exsiccetur, permittatur. *Gryling. lib. 5. Med. Pract. part. 3. cap. 1.*

Oleum Juniperinum specificâ virtute pilos producere & eorum profluvium prohibere notat *Sebizius part. 2. Spec. Med. Pract. sect. 1. cap. 1.* & *Macastus promptuar. Mater. Med. lib. posterior. cap. 17.*

Ad Canitiem nimis citam avertendam *Lignum Juniperi* concisum, vel fol. myrth. nuces cupress. Cort. Abiet. Galias &c. lixivio admiscere svalet *Tabernamontanus part. 1. des Arheney-Buchs cap. 3.*

Canities.

III. FACIEI VITIA.

TAntæ est utilitatis & præstantiæ *Juniperus*, ut non ad sanitatem solum conservandam, sed ornamentum quoque corpori conciliandum præclare faciat, & cum formosa facies muta sit commendatio, ad pleraque faciei vitia fœditatem illi conciliantia non sine fructu adhibetur. Sic ad lentigines & impetigines *oleum Juniperi part. 2. Spec. Med. Pract. sect. 3. cap. 1. & 14.* & ad Varos *Spiritum juniper. cap. XI. cit. loc.* commendat *Sebizius*.

Lentiginos: Impetigines.

Ad aqualam seu Vesiculam palpebræ

Aquala.

Aa 3

bræ

bra superiori frequenter insidentem suo-
que pondere a pertionem ejus impedi-
entem *baccas Juniperi* idem adhibet *Sebi-*
zius sect. V. libr. cit. cap. 9.

Ciliorum
mollities.

Ad mollitiem Ciliorum in oculos
delabentium ibique dolores ac lachry-
mas & consequenter fœditatem faciei
conciliantium hanc componit aquam
Sennertus lib. 1. Prax. med. part. 3. sect. 2.
cap. 8.

R Fol. querc. verben. ā Mj. Visc. ē pyro-
fol. bux.

Germ. Juniper. alam. ā Miß.

Affund. aceti & aquæ pluv. ā q.s. Destill.
in vesicâ & hâc aquâ palpebræ bis in die
illinantur.

παλιός
palpebra-
γυμ.

Faciem quoque tædat palpebra-
rum *παλιός* seu palpitatio, ad quam tol-
lendam sequentem præscribit aquam
Barisfchius part. 9. ὀφθαλμοδραλείας σ. 13.

R Cort. salic. ℥iv. Bacc. Juniper. ℥iij℥.
Herb. salv. ℥iij℥. Castor. ℥i℥. Bacc.
laur. ℥j.

Pulverifatis & mixtis omnibus affund.
vini Moschatellin. ℥iij. digere per ℞
viii. destilla & sæpius hâc aquâ inunge
sponteque areferi permitte.

CAPUT XXVIII.

COLLI STRUMAS TOLLERE
JUNIPERUM ASSE-
RIT.

Cum